



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

H.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

men est notitia nuntij aut procuratoris, quo mediante privilegium impetratur, & non sufficit intimatio cuiusdam tertij, sed requiritur nuntius destinatus. Vnde parochus, qui concesserat licentiam assistendi matrimonio cuidam sacerdoti, & ille ignarus licentiæ assistit, validum est matrimonium, si concesserat nuntio ab illo Sacerdote missò: Secus dicendum, si concesserat motu proprio parochus licentiam, vel ad instantiam alterius non missi à Sacerdote, & si reuocata sit licentia, sacerdosq; ignarus reuocationis assistens, validum est matrimonium. Item licentia potest ad libitum reuocari; *l. 3. tota disp. 36.*

3 Verba gratiæ ita operari debent, vt nec vna syllaba sit superflua, *l. 3. disp. 26. nu. 6.*

4 Gratia ex motu proprio est subreptitia, quando non fit mentio prioris strictioris, *lib. 8. disp. 22. nu. 8.*

5 Gratia, seu literæ sacrae pœnitentiariæ suo valore non frustrantur, si aperiantur ab eo, qui non est doctor, *l. 8. disp. 34. nu. 12.*

H

Habitatio.

1 **H**abitans in duplici parochia æqualiter morali modo, potest indifferenter coram parochis vtriusque matrimonium inire, & vtrique confiteri, & quando sunt duo parochi in solidum vnius parochiæ, potest alteruter, altero inuito, ministrare sacramenta, *li. 3. tota disp. 24.*

2 Ha-

2 Habitatio cum animo perpetuo habitandi, acquiritur domicilium, vbi incipit habitare, & non requiritur habitatio decem annorum. Et domicilium semel acquisitum non perditur solum mutatione animi sine facto, *lib. 3. disp. 23. nu. 1. & 2.*

3 Domicilium originis non acquiritur natiuitate in loco, in quo parentes casu erant, sed tunc fingitur natus, vbi erant, & habitabant. Item domicilium originis est immutabile, habitationis verò mutabile, *lib. 3. disput. 23. numer. 3. & 4.*

4 Parochus solius originis domicilij, non potest assistere matrimonio. Et in dubio non venit nomine domicilij, domicilium originis, sed habitationis, *lib. 3. disput. 23. numer. 6. & 7.*

5 Quando aliquis figit alicubi domicilium, acquirit parochiam. Secus, quando alio redit breui rediturus. Item is dicitur proprius parochus ad assistendum matrimonio, vel dandum licentiam, qui talis est ad audiendas confessiones, *lib. 3. disp. 23. n. 9. & 10.*

6 Ad acquirendam parochiam ad matrimonium, non requiritur habitatio per maiorem anni partem, sed sufficit eo animo incipere habitare. Item efficitur parochianus ille, qui habet intentionem habitandi, & breui in singulis domibus habitat, & poterit recipere omnia sacramenta ab eo parochus, cui tunc subditur, *lib. 3. disp. 23. nu. 14.*

7. Mulier coram parochia sua parochia nubens viro, ad cuius parochiam trāstulit se statim, si matrimonium fuit nullam, iam parochus prior fœminæ non potest assistere, ut iteretur matrimonium, *lib. 3. disputat. 23. numer. 15.*

8. Alienigena se transferens in aliquam diœcesim animo habitandi perpetuò, & cœpit habitare eo animo, quamuis statim mutet illum animum, potest ab Episcopo ordinari, & potest Episcopus agere omnia erga illum, sicut erga alios subditos, *lib. 3. disp. 23. nu. 16.*

9. Virtute Bullæ Cruciatæ, vel priuilegiorum religiosorum, licet ministrare Eucharistiā in die Paschatis aduentis, vagis, & peregrinis breui spatio habitantibus in aliqua parochia. Nec hi tenentur ad Ecclesiam matricem confluere, *lib. 3. disp. 23. nu. 17.*

10. Mercenarij ad breue tempus locantes operas, vt ad fodiendum, &c. carētes parochiā, vel distantes ab ea, possunt virtute bullæ, vel priuilegij religiosorum recipere Eucharistiā in Paschate; quia non acquirunt heri parochiam, *lib. 3. disp. 23. n. 18.* Item habitatio absolute relicta vxori, perditur & extinguitur eā secundo nubente, *lib. 7. disp. 91. nu. 50.*

Hæreditas.

1. Filia solūm, & non filius, siue vidua, siue filia familias, siue habitet in domo parentum, siue non, contrahens clām absque cōsensu patris, potest exhæredari, quamuis dignè nubat.

L

Secūs

Secus dicendum, si est maior 25. annis, vel si adfuit consensus paternus, vel quando parentes pessimè erga filias se habent, differendo matrimonium malitiosè. Vel si ante consummationem ingrediatur religionem. Vel quando matrimonium clandestinum fuit nullum. Et est pœna hæc imposita à lege valida in iure canonico, *lib. 3. totâ disp. 47.*

2 Hæreditas, quando alicui aufertur, & vocantur hæredes ab intestato, amittitur in foro conscientia ante iudicis sententiam, *li. 7. disp. 87. no. 8.*

Hæresis.

1 Hæresis de iure naturali est causa diuortij, dum non respiscitur. Et tenetur catholicus diuerrere, & potest autoritate propria sine restitutione hæretico, & vt recedat, non sufficit vnus, vel alter actus hæresis, si coniux peraratus sit corrigi. Secus, si correctione refugit. Et si respiscat ante sententiam tenetur catholicus illum admittere; secus, si post sententiam & separationem factam iudicio Ecclesie, non teneatur vlllo modo admittere hæreticum. Et non requiritur specialis sententia diuortij, & tunc licitus est transitus catholici ad religionem, vel ad ordines sacros, manente hæretico in sæculo sine voto. Secus dicendum de hæretico, sine licentia catholici, quæ sola sufficit. Item habita copula ante sententiam à catholico cum hæretico post notitiam hæresis, nullo

nullo modo est condonatio, nisi expressus animus condonandi adesset, & si animus nec condonandi, nec non conlonandi adfuit, non est condonatio, *lib. 10. tota disp. 15.*

2 Hæreticus inualidè inicit matrimonium cum infideli, *l. 7. disp. 71. n. 4.* At hæreticus vel apostata, validè contrahit cum fidei; est tamè peccatum mortale, exceptis locis, in quibus hæretici non denūtiati, nec notorij percussores clerici cū catholicis permixti conveniunt, ut in Germania, Gallia, Polonia, &c. propter consuetudinem toleratam ob bonum pacis, nunquam tamen licent pacta, quæ incuntur, ut quidam ex filijs nascituris fidei, alij autem hæresi adhæreant. Item sponsalia semper sunt irrita inter catholicum, & hæreticū, cum sint de re turpi & illicita, *l. 7. tota disp. 72.*

Hermaphroditus.

1 Hermaphroditus in quo alter sexus prævalet, potest matrimonium inire iuxta sexum prævalentem, & contrahens iuxta aliū sexum, est irritum matrimonium iure naturæ. Et quando uterque sexus est æqualis, in opinione eius est iuxta alterutrum sexum matrimonio iungi. Parochus autem nō debet interesse tali matrimonio, donec hermaphroditus coram iudice ecclesiastico protestetur, quo sexu uti velit, & se alio sexu præterquam semel electo nō versurum. Et si electo vno sexu semel, utatur alio, viduus effectus contrahendo peccabit mortaliter, & quando consultus medicis res in equilibrio

librio esset, nec iudicari possit, vter sexus praeualeat, censendum est sexum esse aequalem, *lib. 7. tota disp. 106.*

Honestas publica.

1. Publica honestas, est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ab Ecclesiae institutione, propter honestatem eius, & dirimit matrimonium solo iure Ecclesiastico, *lib. 7. disp. 61. nu. 1.*

2. Publica honestas non oritur inter infideles ex sponsalibus initis tempore infidelitatis, nec cum affinibus sponsae de futuro. Oritur tamen cum consanguineis alterius sponsi siue illegitimis, siue legitimis, *lib. 7. disp. 68. à nu. 1. vsque ad 4.*

3. Publica honestas oriebatur attento iure antiquo ex quibuscumque sponsalibus certis & absolutis, quamuis irritis, dum modò non ex defectu consensus, & durabat vsque ad 4. gradum. Hodie post Conc. Trid. non oritur ex sponsalibus irritis ex quacumque de causa. Et non extenditur, nisi tantum ad primùm gradum lineae transuersae, vel rectae. Quod intelligitur etiam de orra ante Conc. Trid. *lib. 7. disp. 68. à nu. 5. vsque ad 11.*

4. Impedimentum publicae honestatis oritur ex sponsalibus veris de iure, & irritis solum defectu consensus externi, vel ex defectu alio quocumque occulto. Nisi sint ad eò clandestina, vt probari nequeant. Cessat etiam publica honestas, quando impedimentum occultum, ob quod

ob quod erant nulla sponsalia, probatur veris
sive falsis testibus, *lib. 7. disputat. 68. à num. 13.*
vsque ad 17.

5. Publica honestas oritur ex sponsalibus
contractis per parentes, pro pueris præsentibus,
& tacentibus, ac doli incapacibus, quamuis
ipsi interius dissentiant. Et quando essent ab-
sentes, vel præsentis minores septennio, non
constante de ratificatione, interrogandi sunt
caute, & si affirmant, credendum est eis, maxi-
mè si matrimonium appetebant, *lib. 7. disp. 68.*
nu. 18. & 19.

6. Impedimentum publicæ honestatis est
perpetuum, nec morte extinguitur, licet spon-
salia dissoluantur communi consensu, & nun-
quam dissoluit præcedentia sponsalia, *l. 7. disp.*
68. à nu. 20. vsque ad 23. Et quando infantes
contraxerunt sponsalia irrita ex defectu ætatis,
& post legitimam ætatem assequutam ad rati-
ficandum nixi fuerunt ad copulam, tunc ori-
tur impedimentum publicæ honestatis, *ibid.*

7. Qui post sponsalia de futuro cum certa
persona contraxit matrimonium de præsentibus
cum eius sorore, & non consummauit, tenetur
contrahere cum prima matrimonio, & si cõ-
summauit, nec cum vna, nec cum alia, *lib. 7.*
disp. 68. nu. 24. & 25.

8. Frigidus maleficiatus, qui in tenera æta-
te, antequam defectus potentia per experien-
tiam explorari valeat, cõtrahit sponsalia vali-
da, ex quibus oritur impedimentum publicæ
honestatis.

honestatis, *libr. 7. disputat. 68. num. 12.*

9 Publica honestas non oritur ex sponsalibus incertis, & conditionalibus incertis, & conditionalibus ante euentum conditionis, quando conditio est de futuro contingens, possibilis, & honesta; secus de conditione necessaria, aut de presentis; & de præterito, vel turpi, aut impossibili taliter, ut non sit contra substantiam matrimonij, *lib. 7. tota disp. 69.*

10 Publica honestas proprie & verè oritur ex matrimonio tantum, & non affinitas, *lib. 7. disp. 64. à nu. 23. vsque ad 25.*

11 Publica honestas oritur ex matrimonio irrito quacunque ex causa, modo non sit defectu consensus, siue contrahentes ignorent, siue seiant impedimentum ob quod matrimonium est nullum. Unde non oritur ex matrimonio irrito ratione metus cadentis in virum constantem, vel ratione erroris personæ, vel quando est matrimonium cum incerta persona, vel quando est irritum clandestinum sine parrocho, & testibus; secus quando fuit coram parrocho & testibus. Et hæc publica honestas non est restricta ad primum gradum; sed extenditur vsque ad 4. Et est perpetua, nec morte extinguitur. Nota tamen, quòd ex matrimonio conditionalis ante euentum conditionis non oritur publica honestas, adueniente tamen eorum consentu perficitate matrimonium, oritur statim, nec contrahitur cum affinibus, sed tantum cum consanguineis, *lib. 7. tota disp. 70.*

Horat

Hora Canonica.

1 Omittens recitationem horarum canonicarum habens ordines, & beneficium, tenetur confiteri circumstantiam beneficij, lib. 9. disp. 15 nu. 5. & 6.

2 Ordinatus metu, nolens vti ordine, non tenetur recitare horas canonicas, li. 7. disp. 29. nu. 7. Idem dicendum de ordinato infanti, donec post legitimam ætatem ratificet ordinem. Et ratificatus ordine, non erit integrum sibi rescillire, l. 7. disp. 30. n. 12. & 13.

3 Iniriari sacris, vel professi cum quibus dispensatum est, vt inceant matrimonium, tenentur recitare horas canonicas, dum habitum nõ mutant; secus, si mutant, & induant sæcularẽ, lib. 8. disp. 8. nu. 11.

I.

Ieiunium.

1 Ieiunium licitè si angitur, quado vir non potest aliter reddere debitum. Item excusatur vxor à ieiunio, ne reddatur deformis. Itẽ ob præceptum viri iubentis soluere præceptũ. Idem de fœmina volente nubere, ne fiat deformis, lib. 9. disp. 3. à nu. 10. vsque ad 13. Item excusantur à ieiunio viri, & fœminæ sexagenarij, lib. 7. disp. 32. nu. 17.

Ignorantia.

1 Ignorantia quælibet etiam crassa, dummodo non temeritas, excusat, quando textus dicit, si quis ausus fuerit, vel præsumpserit, l. 3. disp. 48 nu. 7.

L. 4.

2 Igno-